

expedire videritis, taliter impendentes, ut nulla vobis defectus vel simulacionis occasio valeat verisimiliter imputari¹.

IV. (Ottobonus, Cardinaldiakon von S. Adrian) mahnt (König Jakob von Aragonien) dringend, von der beabsichtigten Vermählung seines Sohnes Peter mit der Tochter Manfreds, des Feindes der Kirche, abzustehen. (Viterbo. Kurz nach dem 26. April 1262).

Litteras vestras intime caritatis umbraculo receptantes, utinam sic amoti aut excusati propositi² seriem legissemus in illis, sicut petitionem gratie comperimus destinatam. Nam ex hoc sincere amoris nostri foveretur igniculus, et preces vestras, pro quibus apud dominum papam³ et fratres diligenter laboravimus, effectum gauderemus accipere postulatam. Sane, si regie mentis cubiculum recte considerationis subintret intuitus, et post hunc in sede rationis velit intronizare iudicium, scimus, que in vos ipsos a vobis sit dictanda sententia, et cogitato vestro iactato in fidei speculum et reverende matris dulcedinem, intelligimus ab eo qui vos colophizavit⁴ stimulo, qualiter a vestra sit magnificencia divertendum. Scimus enim, quod nec angulos latet climatum plurimorum et omnis deplorat ecclesia, quodque magna et horrenda rumorundique tonitrua crepuerunt: clara vestre originis gesta in ea⁵ temptasse degenerare progeniem, que licet diebus nostris aliquibus serpere videretur viperiis unguibus super terram, iam in oculis nostris ad modicum non subsistit et — quod est inauditum a seculis — in se ipsam, dum adhuc hostis non deesset, Dei iudicio manum vertit⁶. Et qualis sit ille residuus, noverunt omnes; ignorantiam serenitas regia non pretendat. Attendat vero, quid de solo et uno sperari valeat, quidve possit de substantia⁷ festinata presumi, cum de multis eiusdem stirpis⁸ quasi volantis sagitte cursu cernimus divinitus iudicatum. In eo vero grandi admira-

mündlich überliefert werden sollten; freilich würde man bei dieser Annahme 'a' statt 'per' erwarten. 1) 'imputare' Hs. 2) Die beabsichtigte Eheschliessung zwischen Peter von Aragonien und Manfreds Tochter Konstanze; vgl. B-F-W. 4734a. 9280. 9291. 3) Urban IV. 4) = colaphizare, *κολαπίζειν*. 5) Nämlich 'origine'; das Staufergeschlecht ist gemeint. 6) Die Stelle scheint sich auf das Vorgehen Manfreds gegen Konradin zu beziehen. 7) Der Sinn ist dunkel; vielleicht ist, wie P. v. Winterfeld vorschlägt, 'substantia' statt 'res' gebraucht, und die 'übereilte Angelegenheit' dann eben das Eheprojekt. 8) So vermute ich statt 'scriptis' in der Hs. Die Stelle bezieht sich dann auf die vielen Todesfälle im staufischen Hause.